

# Kreis Paderborn

S. 186

1278 November 29. Steinheim.

[8

Bürgermeister und Rat der Stadt Steinheim beurkundeten eine Verzichtleistung auf Zehnten zugunsten des Klosters Willebadessen.

Nos Ekbertus magister burgensium et consules in Stenhem omnibus hoc scriptum visuris notum facimus presentibus protestantes, quod constituta in nostra presentia domina Greta vidua de Vresenhusen cum filiis suis Lippoldo, tunc temporis iudice nostro, et Herboldo, fratribus, coram nobis asserebant se ab ipsorum parentibus et amicis veraciter intellexisse, quod in decima Malride<sup>1)</sup> inferiore et medio apud Nihem, super qua domino preposito et conventui in Wilbodessen aliquantulum movebantur, nichil iuris habuerunt et in testimonium assercionis et veracis intelligentie coram nobis et aliis probis viris fecerunt. Nostrum sigillum ad petitionem parcium appendimus huic scripto. Testes aderant subnotati: Hermannus plebanus, Wasmodus de Alfwinessen<sup>2)</sup>, Ekehardus Vivus, Henricus de Gheren, Bernhardus Bolde-merinc, Bernhardus Pistor, Henricus de Alfwinessen, Hermannus de Schunen<sup>3)</sup>, Johannes Blomberg, Henricus de Kuddessen, Bernhardus de Meghenberg, Lutbertus Ghubelere, Lutbertus Sutor, Henricus de Bilrebeke, Wernherus Widemhovere, Conradus de Pole, Wernherus Husinc et alii quam plures. Actum et datum Stenhem anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXVIII<sup>o</sup> in vigilia Andree apostoli.

☞ Siegel beschädigt.

<sup>1)</sup> Wüst in der Nieheimer Mark. B. u. B. IV, 315. 318. 1472. 1532. — Ztschr. 37<sup>II</sup>, 112; 38<sup>II</sup>, 107; 47<sup>II</sup>, 128 ff.

<sup>2)</sup> Wüstung bei Steinheim. Ztschr. 46<sup>II</sup>, 166; 47<sup>II</sup>, 138 f.

<sup>3)</sup> Bei Steinheim. Ztschr. 47<sup>II</sup>, 129.